Venerabili in Christo sancte Bavenbergensis ecclesie antistiti Ottoni Rokkerus Magdaburgensium divina gratia, quicquid est, cum duce Lothario et comite Wigberto et cum omni Halberstadensi ecclesia orationum et servicii promtam exhibicionem. In vestre caritatis bonitate plurimum confidentes obnixe rogamus, ut ad confirmandam in Christo electionem nostram in domno Oddone vestro intimo divina ordinatione [factam][a]) tam aput imperatorem quam apud domnum Mogontinum archiepiscopum vestra nobiscum in domino studere dignetur sapientia. Porro ipse domnus Mogontinus nostram pro eo legationem et presentiam, ipsius etiam personam clementer suscepit et ductis secum ad domnum inperatorem legatis nostris consilium suum et favorem benignum nobis domino prosperante promisit[b]). Ceterum a curia reverso nos sibi Selikenvelde pro intelligendo nostre petitionis fine v. kalendas iunii obviam venire precepit. Quo vestram legationem cum litteris et idoneis nunciis in auxilium nostrum dirigi cum intima devotione et nostri respectu rogamus servicii.

69.

Erzbischof Adelbert I. von Mainz bestätigt die Gründung des Klosters Breitenau. — Zeugen: die Grafen Hermann von Winzenburg und Ludwig, der Vogt. **1123 Juli 7.**

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg.
Gedr.: Guden, Codex dipl. 1,60. — Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXV, 133.

— — Huius actionis testes sunt. Episcopi. Bruno Spirensis, Bucco Wormatiensis. Abbates. Folmarus Hirsauiensis, ipsius cęnobii Drůtwinus. Prepositi. Emmercho sanctę Marię in Erpesfurt, sanctę Marię in Campo Godescalcus, de Northun Waltherus, de Gigeburg Henricus. Comites. De Bůmeneburc Sigefridus, de Winceburc puer Herimannus, de Turingia Lůdewicus, qui et advocatus, Ernestus de Eberstein, Cůnradus filius comitis Herimanni, Cůnradus de Scowenburc, Adelbertus, Dudo de Emmenhusun, Giso Canis. Ministeriales. Craft, Cůnradus, Nantherus, Arnoldus et filius eius Hugo, Adelbertus, Hawardus. Wimmarus, Erkenbertus, Sigefridus, Ernestus, Dammo, Folbertus, Wolfgangus, Beringerus et complures alii.

(SJFR.)

Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis MCXXIII, indictione I, non. iulii, imperante Heinrico huius nominis V^to^; data per manum Heinrici notarii Pinguensis prepositi.

70.

Erzbischof Adelbert I. von Mainz bestätigt die Schenkung von verschiedenen Gütern zu Schwabhausen, Gorschleben und Helbrehdesdorf (?) Seitens des Freien Reginbod an das Kloster Oldisleben. — Zeuge: der Kirchenvogt Markgraf Wiprecht. **1124 Febr. 11.**

Hdschr.: Cop. Oldisleben F 555 (Saec. XVI. in.) fol. 115ᵇ. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar.
Gedr.: Mencke, Scriptores rer. Germ. 1,613. — Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXV, 144.

— — Testes autem, qui supra dicte donacioni interfuere, hi sunt. De Bigowo abbas Windolffus, advocatus ecclesie marchio Wibertus, Thietmarus de Roslare et quam plures alii.

68. *a) fehlt. b)* permisit.